

34

V I R O
MAXIME VENERANDO, NOBILIS-
SIMO AC DOCTISSIMO,
D O M I N O
**M. GODOFREDO
MÜLLERO,**
THEOLOGO PIO,
ET ANNÆO DRESSENS, PASTO-
RI FIDISS.
PRID. CAL. NOV.
M. DCC. XXXIV.
PIETATEM ET OBSERVANTIAM,
SOLENNE SVVM DECENTER SERVANS,
NOVO HOC ARGVMENTO
PROBAT

CHORVS A.

DRESDÆ,
J. C. STOESSELII VIDVA IMPRESSIT.



Sap. V, 16. 17.

Justi in perpetuum viuent, habentque in Domino positam mercedem, eorum curam gente Supremo. Ideo regnum præclarum adipiscuntur, & de Domini manu diadema pulcherri-
mum.

A R I A.

Inseruiendo pluribus

Medulla, sanguis, spiritus

Et cuncta consumuntur.

Sic tæda lucens obuiis,

(2)

Foci.

*Focique ligna diuitis
Sic semper extinguuntur.*

Da Capo.

RECIT.

Id euenire cernimus
Incommodum palam quotannis
Ad ultimum Doctorigibus
Amantibus LEGISque,
Amantibus GREGISque.
Inseruendo,
Docendo
Præclara VIRTVS obsolefecit:
Ducendo,
Pascendo, colligendo, (*)
DVX, PASTOR inculpatus euanefecit, (**)

Lucen-

(*) Boni Pastoris est, συνάγειν, mercenarii, qui quæstum modo in rebus sacris facere cupit, σωρπίζειν καὶ ἀμελεῖν. Matth. XII, 30. Joh. X, 13.

(**) Euaneſcere dicuntur Viri, quos de prouincia ægri imbecillitas corporis depulit, vicariosque muneri succedentes ante obitum quærere coegerit.

Lucendo LVX decrescit.
Fouendo, molliendo,
IGNISque MENSque deficit,
Et VITA tandem disperit.

A R I O S O .

Nec Mundus hoc inproudus curare,
Ingratus Orbis pensitare
Prudenter vnquam coepit.
Quid tum?
Insontibus COELESTE restat PRAEMIVM.

A R I A .

Io! moesta quiesce querela:
DOMINI MANVS vna medela,
MANVS vna medela malorum.
SPES, VITA, SALVSque mane-
bit,
MER-

git. ANNA hæc nostra olim id in SCHVVARZIO suo primum est
experta, quem ferali lecto octo fere annis affixum in celebritate
versari non vidit amplius, procuratione officiū tradita valentioribus,
qui sustinerent, humeris.

*MERCES DEV^S una (†) suorum.
Qui credit, id omne videbit.*

RECIT.

MÜLLERE canis plene, plene laudibus,
Præstansque factis, oris ut facundia,
Sudore multum VULTVS hic manauit,
Qui, sermo mentis mutus, olim nos amavit,
Serenus, ut cœli patentis aureum decus.
Hoc mite, quod non nostra carpit nomina,
Non odit, auersatur vñquam, despicit, (††)
OS suaue, promptum, fertile,
Feruente penso perpete,
Rauique multum languuit.

Hæc

(†) Εὐσέβειας de cætero πορισμὸν ἔνας D, Paulus negat i. Tim. VI, 5.

(††) Scholarum aggrauat hoc sane hyemem, quod publici non tantum eorum Doctores ac Magistri, & tota munera hujusmodi vitæque conditio despiciatissima, imprudenter & inscite quidem, habetur; Sed juuentus etiam artibus ingenuis ac literis dedita elegantibus, quasi genus hominum vile feedumque, injustis sèpius ab insulsa plebecula proscinditur comitiis. At utinam ne prætor quoque ciuem se suis fe nonnunquam obliuisceretut!

Hæc DEXTRA, quam nos largiorem nouimus,
Quid illa fecerit, sinistra nescia:
PES ille cunctis commodus,
COR illud anxium
De sanctitatis clade plurima:
Et HIC, & HAEC, & HOC
Quandoque vapulauit.
MÜLLERE DOCTE, COMTE, seculum
Te ferreum diu grauauit.

ARIOSO.

Qui frondiusti,
Qui floristi
Ætate, forma, viribus,
Caduca sensim multa cernis:
Sed vana, sed terrena, sed mundana spernis,
Tu quippe COELO natus, altus, deditus.

ARIA.

*A*eterna Ciuitas vocabit,
Sertoque frontis aureo,

Pul-

*Pulchra que sede TE beabit.
MÜLLERE, nos tantum precamur,
Vt TE diutius fruamur,
Prisco nitori,
Prisco vigori reddito.*

Psalm. V. in fine.

Lætentur perpetuo, quicunque TIBI, DEVS,
confidunt: Ouent, TE eos protegente, exfus-
tent in TE Tui Nominis amantes. Nam TV,
JOVA, justos beas, favoris eos scuto
coronans.




v

Pon IIo 615
vol 18

ULB Halle
002 693 135

3







34

VIRO

MAXIME VENERANDO, NOBILIS-
SIMO AC DOCTISSIMO,

DOMINO

M. GODOFREDO
MÜLLERO,

THEOLOGO PIO,
ET ANNÆO DRESDENS. PASTO-
RI FIDISS.

PRID. CAL. NOV.
M. DCC. XXXIV.

PIETATEM ET OBSERVANTIAM,
SOLENNE SVVM DECENTER SERVANS,
NOVÆ HOC ARGUMENTO
PROBAT

CHORVS A.

DRESDÆ,
J. C. STOESSELII VIDVA IMPRESSIT.